

419.

Perugia, 1229 April 19.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Die Bleibulle an rothen und gelben Seidenfäden.**Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1, 16. Potthast 8377. Böhmer-Ficker 6760.*

Papst Gregor IX. verheißt Ablass allen, welche das von der verwittweten Landgräfin Elisabeth von Thüringen zur Aufnahme von Kranken und Armen gestiftete Hospital (zu Marburg) am Feste des heil. Franziskus (Okt. 4.), dem zu Ehren es errichtet ist, und an den folgenden Tagen besuchen. — — Hec igitur considerans dilecta in Christo filia E[lisabeth] relicta clare memorie langravii Turingie, ac diligenter, sicut decet ipsius devotionem, attendens, quod sanctorum suffragia sint ad promerendam divinam gratiam plurimum oportuna, et quod beati Francisci confessoris patrocinium multum valeat apud deum, pro eius honore et caritatis obtentu quoddam construxit ad receptionem infirmorum et pauperum, sicut nobis exposuit, hospitale.

420.

Landgraf Heinrich nimmt gleich seinem Vater das Kloster Lippoldsberg in seinen Schutz und befreit dasselbe vom Zoll auf Werra und Fulda. Vergl. No. 403. Wartburg, 1229 Juli 10.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das S., an gelbseidener Schnur, ist verloren.**Gedr.: Kuchenbecker, Hess. Erbhofämter Beil. Lit. D. S. 6.*

Henricus dei gratia Thuringie langravius, Saxonie comes palatinus. Omnibus hanc litteram inspecturis de Isenach, de Crutzeberg, | de Oldendorp, de Casle, de Gemunde salutem et omne bonum. Noverint universi, quod nos recognoscimus, quod cum universitate omni sumus(!) | morituri et de commisso reddituri rationem, ob divinum amorem nostre animeque salutem, sicut dilectus pater noster fecit, | sic et nos dilectos nostros fideles prepositum, priorissam omnemque congregacionem sanctimonialium in Lippoldesberg et omnia eis attinencia in tuicionem nostram suscepimus et in promovendis rebus eorum curam solitudinemque nostram cum omni integritate pro remuneracione eterna adhibebimus. Volumus itaque, ut et vos, qui negociorum nostrorum quorumcumque locorum estis executores, in omnibus eis assistatis et predia eorum cooperemini, in quocumque locorum sita fuerint, sub nobis et terminis nostris, et specialiter in Mila, in Wesse, in Crutzeborg, Frankenrode, in Ewanshusen, in Scherbede et Natza. Volumus eciam, ut ab omni exactione, debito et servicio ab gravamine quocumque modo sint liberi et permancant in perpetuum. Precipimus eciam, ut absque omni exactione, contradictione et impedimento naves ipsorum sine thelonio et omni emolumento in Wirra et in Vulda subsidia eorum portancia in frumento et in vino ac in omnibus aliis indigenciis libere et absque^{a)} omni obstaculo eant et redeant. Quicumque vestrum ista, que inscripta sunt, adimpleverint bene dilectis meis faciendo, gracie nostre et benivolencie erit particeps, contrarium vero voluntati nostre committens^{b)}, non erit ab offensa immunis. Unde ut hec nostra indul-